Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25885
Copyright: Admont, Benediktinerstift

omnis lapis pretiosus operimentum tuum:
sardis. topazius. iaspis. chrysolitus. et
onyx. beryllus. sapphirus. carbunculus.
et smaragdus. Aurum opus decoris tui. et
foramina tua in die qua condita es. parata sunt.
Tu cherub extentus. protegens. Posui te in monte sancto dei. in medio lapidum ignitorum ambulasti. perfectus in viis tuis
a die conditionis tue. donec inventa est
iniquitas in te. In multitudine negotiationis tue. repleta sunt interiora tua iniquitate. peccasti. eieci te de monte dei.
perdidit te o cherub protegens de medio
lapidum ignitorum. elevatum est cor tuum
in decore tuo. perdidisti sapiam tuam
in splendore tua. in terram proiecit te.
ante faciem regum dedit te ut conspicerent te.
In multitudine iniquitatum tuarum. in iniquitate negotiationis tue polluisti
sanctificationes tuas. Producam igitur ignem de
medio tui. qui comedat te. et dabo te
in cinerem super terram. in spectu omnium
videntium te. Omnis qui videbunt te in
gentibus. obstupescent super te. Horribilis
factus es. et non eris in perpetuum.
Et factus est sermo domini ad me dicens. fili hominis. assume
planctum super principem tyri. et dic ei.
Hec dicit dominus deus. Tu es signaculum similitudinis. plenum sapientia. et coronam decoris. in deliciis paradysi dei fuisti. omni
lapide pretioso tecum erat. sardius. topa
zyon. et smaragdus. et carbunculus. et sa
phyrus. et iaspis. et argentum. et aurum.
et lygurius. et achates. et amethistus. et chry
solitus. et beryllus. et onychinus. et aurum re
plesti thesauros tuos. et horrea tua
in te indie quod datus es parauerunt cum
cherub uncto ad te. et habitante in ta
bernaculo. et dedi te in monte sancto dei.
fuisti in medio lapidum ignitorum. fuisti
perfectus in diebus tuis. a die qua erat es.
donec inventa est iniquitas in te. in multitudine negotiationis tue replesti cellaria tua iniquitate et peccasti. et vulneratus es
a monte dei. et eiecit te cherub obum
brans de medio lapidum ignitorum. elevatum est
cor tuum in decore tuo. corrupta est sapiencia tua cum decore tuo. propter multitudinem peccatorum tuorum in iniquitate negotiationis tue. in conspectu regum dedi te. ut deponestaretis
propter multitudinem peccatorum tuorum. et iniquitates negotiationis tue. profanabo sancta
tua. et educam ignem de medio tui. hic de
vorabit te. et dabo te in cinerem super terram.
in spectu omnium videntium te. et omnis qui
noverunt te in gentibus pertabunt super te.
perditio facta es. et non eris usque in sempiternum.
Quia dicit dominus quia sic princeps tyri. et quia cor
ruerit superbia. et iactationem eius super pulchra
gloria gloriosam. Ecce ego monstrabo te quia
fuerit. ut doleat se perdidisse quia fuerit.
Tu iniquitatis signaculum similitudinis. nutra
illud quia ipse de salvatore dicit iohis evangelista
hec enim dicit signatum patrem. et de hominibus.
signatum quia dicit verare. in principio signa
tum est super nos lumen vultus tui domine. in alio
loco. ego sum. nec filius dei sum. et necdum ap
paruit quid futuri sum. scimus quia cum appa
ruerit similes ei erimus. Non ad dominum dicit
quia similis erit ei. Aliud enim similitudo.
aliud equalitas. Vni est insanissima heresis enim
quia in ea pars cum similitudine existere. auferetque
naturam. Ilos autem in filio non solum similitudinem dicimus. sed et equalitatem. Propter enim eum
placuerunt omnes. quia non solum solebat sab
batum. sed et equale se faciebat deo. Et autem equa
litas est. ibi ea de natura ~~eadem~~ vna subsistit. Hoc
est illud quod de similitudine loquitur apostolus.
filioli mei quos iterum parturio. donec